



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1572 usque ad annum 1581

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118642**

§. 24. Plures Proceres hac in occasione trucidati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67232)

publicæ regimen, normamque reducere possent, proin Catholici absque conscientiæ anxietate illos exterminare valerent, ac duntaxat vix unius horæ tempore illorum furorem prævenirent. Ceterum hanc conjunctionem raro Dei beneficio esse datam spargebant, proinde ne impiorum hominum, & capitalium Regis, ac patriæ hostium sanguini parcerent, sed in illorum bona ut prædam legitime partam involarent, cum ea sit Regis voluntas, ut pestiferum, ac serpentinum semen extirpetur, & sectario veneno extincto, nonnisi sola Religio Catholica in posterum floreat (\*).

## §. XXIV,

*Plures Proceres hac in occasione trucidati.*

**H**æ adhortationes adeo artificiosæ, ac Religioni non minus, quam pro-  
bitati, & humanitati adversantes haud suo caruere successu; quippe nec senibus, nec infantibus, nec prægnantibus parcebatur, cunctis promiscua cæde dele-

(\*) Quantum Continuator horum Procerum verba in Catholicorum invidiam auxerit, Lector verba illius cum textu, quem citat, conferens, deprehendet.

*Hist. Eccles. Tom. XLIX.*

C

Sæcul. XVI.  
A. C. 1572

Sæcul. XVI.  
A.C. 1572.  
deletis: Telinius quoque Architalassi gener, cum jam multorum antea manus evasisset, tandem trucidatus est, nec minus Antonius Claromontius Renelii Marchio Porciani Principis frater uterinus, cui de Renelio Marchionatulis cum Ludovico Claromontio Buffio Ambosiano ejus consobrinus erat, in Navarri comitatum Lutetiam venerat, quasi liti molestæ, quam ob eundem Renelianum Marchionatum habebat, finem tandem impositurus: verum alio longe, ac putaverat, exitu res peracta est; nam in eo tumultu, cum ad ædes suis proximas fugeret, tandem in Consobrini illum investigantis manus incidit, qui eum ob nullam rem magis, quam oblitum inimicum crudeliter obruncavit.

Præterea Marosinus Guerchius homo strenuus, qui pridie Colinium Architalassum rogaverat, ut sibi in ejus domo pernoctare liceret, cum oppressus vestes induendi spatium non haberet, pallio in brachium sumpto, & stricto gladio se contra percussores aliquamdiu defendit, nemine tamen ex hostibus suis interfecto, quippe loricati omnes erant, tandem multitudine circumfusa obrutus est.

Eodem tempore Franciscus Rupifalcidius Comes, Regi alioquin gratissimus, cum tamen post Colinium inter  
Cal-

Calvinistas celeberrimus esset, eandem Sæcul. XVI.  
 cum Architalasso fortem expertus est; A.C. 1572.  
 Rex enim, quocum Comes tota ferme  
 nocte jocabatur, illum quidem a morte  
 liberari præcepit, hoc autem mandato  
 ferius allato interfectus est: eadem quo-  
 que calamitas Ruvrajum, Subisium, Ca-  
 stegneratem, Bellomanerium Lavardi-  
 num, pluresque alios Proceres, mag-  
 nique nominis Nobiles involvit, qui  
 aut pugionum, aut sclopetorum ictibus  
 perierunt: ubi Franciscum etiam Nom-  
 parum Gaumontium cum duobus filiis,  
 quos paterno amore diligebat, in eodem  
 lecto deprehenderunt percussores, qui  
 eum non tam odio religionis, quam  
 spe lucri una cum omni prole ad exi-  
 tium petebant, hinc cum uno ex filiis  
 suis interfectus est, alter autem exundan-  
 te sanguine cruentus, cum se sub mortui  
 Patris sui cadavere delitescens contra  
 ictus defendisset, mortuum se simulavit,  
 quem interfectores, cum eum mortuum  
 putarent, in eo statu reliquerunt.

## §. XXV.

*Cædes in Luparensi Palatio patrata.*

**P**ari etiam cæde in Luparensi regia Monarch. p.  
 sævitum, ubi plures Nobiles Na-584.  
 varræ Regis obsequio addicti gladiis oc-  
 cubuere, adeo, ut porticus, & scalæ  
 ferme ubique cadaveribus oblectæ cer-  
 ne-